legitime obtenta, atq; iam dudum ad offm Fid. T. pro exequutione remissa in qua causa quod hucusq; nihil effectum sit miramur. Mandamus itaq; Fid. T. ut in eo negotio quod Tesauri nostri proprium est sine ulla cunctatione id agat quod in re agendum est Instigatorem etiam ad eam rem ex officio suo addat. Vocatisq; ad officium suum partibus Andr. Krasinsky succentoris exequtionem procedat prefati sine mora ut iuris est faciat, neq; quidquam in ea exequtione comittat quod Fid. T negligentiis arguat. Pro gratia nra officiiq; etc.

Mandatum ad cons: Leopol:

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Proconsuli et Consulibus civitatis nostris Leopol. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Sples et Famati Fid. nobis dilecti. Conqueruntur pupilli et relicta Famati olim Janussij Vngari sartoris civis Leopolien. quod Fid. vrae pecuniam illis per Georgium dictum Brenrdt Vngarum ex vi obligationis repositam iam a multo tempore detinent neq; eam Matri tutoriq; per nostrum decretum approbato extradere volunt, quamvis saepius eo nomine requisiti et quamvis eadem relicta cum Joanne Rzetowskij tutore suo inscriptione in bonis suis eam pecuniam securam facere volebant et insuper abundanti fideiussores etiam idoneos offerebant quod si ita est fieri id cum pupillorum praeiudicio existimamus Mandamus itaq; Fid. vris ut primum quidem decretum de potestate tutelae a nobis latum sine ulla cunctatione exequatur, tum si exequutio hoc negotium ex quacunq; causa extraheretur. Fid. vrae pecuniam pupillarem matri et tutori petenti ita extradant, ut de ea cui vivererint restituen. vel inscriptione in bonis illius vel cautione fideiussoria C si bona tutoris Joannis Rzetowskij satis non fuerint pupillis caveantur neq; quidquam in eo negotio admittant quod eisdem pupillis matrique et tutoribus illorum conquerendi praebeat occasionem. Pro gratia nra et officium suum debito

Mandatum ad eosdem.

Famatis Advocato et Scabinis Civitatis nostrae Leopolien. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Famati Fid. nobis dilecti. Conqueritur Honestus Leo Hontiez subditus noster ex terra Scepusien. quod Fid. vrae rotulum appellationis in causa quae eidem Leoni Hontiez cum providio Thoma Babiel Rutsero

ratione cuiusdam debiti insoluti intercedit, huiusque peres se reti-
nent, nec illud in Cancellariam nostram acceptam pro tabellione pecunia
remittant. Quod si ita est probare non possumus. Hortamur itaque
Fid. vras eisdemque serio Mandamus ut huius hominis afflicti
et restitutam tamdiu expectanti rationem habeant appellationemque prae-
dictam sine mora ad nos remittant. Pro gratia nra officioque suo-
rum debito

Vadium

Generoso Sebastiano Lubomirskij Capitaneo nostro Sandecen. vel
in absentia eius Vicecapitaneo Sandecen. Fid. nobis dilecto gratiam
nram Regiam. Generose Fid. nobis dilecte. Questus est coram
nobis Nobilis Joannes Sebierbiesz quod illi nobilis Jacobus Fa-
libog apertas inimicitias in vitae discrimen denuntiat. Quod nos
paci communi contrarium esse censentes Volentesque eidem Joanni
Scerbiesz de securitate vitae providere atque audaciam eorundem
diffidantium cohibere vadium nrum vallari esse duximus necesse
ut sedatiure inter se experiantur, actionesque si quas habent pro-
sequantur, quemadmodum vallamus per praesentes Decem Mil-
lium aureorum Vngaricalium cuius dimidium nobis dimidium vero
parti laeso debebitur. Ne autem aliqua partium ignoran-
tiam praetendat Mandamus Fid. T. ut hoc ipsum vadium in
libr. Castren. Sandecen. inscribi et per ministerialem Terrestrem in domos
vtriusque partis deferri ad notitiamque eorum deduci curet etc.

Mandatum Vniversale

Sigismundus etc.

Vniversis et Singulis Arcium Civitatumque nostrarum Capitaneis
eorumque Vicecapitaneis Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam
Generosi Fid. nobis dilecti. obtenta sunt coram Judiciis nostris
per Instigatorem nrum perlucra super certis militibus qui bo-
na nostra in Capitaneatu Camborien. et Zuppas nostras ibidem
existen. temere invaserunt et occupaverunt ratione eiusdem in-
vasionis et occupationis bonorum Zupparumque nostrarum prout
perlucra praedicta latius testantur Mandamus itaque Fid. vris
et cuilibet illorum ut quamprimum ea perlucra ad officium Fid.
vrarum praesentata fuerint. Instigatoris officij si opus est addito
eadem diligenter et sine ullis procrastinationibus ut iunis est
exequantur neque patiantur in ea officii et diligentia quidquam